&c.ꝛ alibi: Si tradidero cor.me.ita vt ar.cha.a.nõ ha.ni.mi
hi ꝓdest. Alij enĩ de deo praua sentiũt: alij a ꝓximoꝝ societa
te dissentiãt. Illi errore fidei: isti scismatis diuisi sunt. Uñ in
principio decalogi vtroꝝ culpa reprimit: cum diuina vo
ce dicit: Diliges dñm deũ tuũ ex toto
corde &c.ꝛ statim subdit: Diliges pro
ximũ tuũ si.teip. Qui eĩ de deo praua
sentit: nõ euʒ diligit. Qui ab ecclesie
vnitate discordat ꝓximũ nõ amat.

Ca. VII

a In porta. Per quã multitudo po
puli ad rogãduʒ dñm ingreditur vt
hac occasione audiãt que dñs prece
pit. Per qð intelligim⁹ duriciã iudai
ci populi: q̃ quasi mẽdaces ꝛ vesanos
habuerũt ꝓphetas ꝛ ꝑ occasionẽ ꝛ ce
lebritatẽ loci audire cogant verbum
dñi. b Templũ dñi. Potest hoc con
uenire illis virginib⁹: que iactãt pudi
ciciã ꝛ impudẽti vultu preferũt casti
tatẽ: cũ aliud habeãt in ꝯsciẽtia. Uir
go aũt vera ꝛ corpe ꝛ spiritu casta est.
Quid enĩ ꝓdest corpis pudicicia mẽ
te corrupta? vel si virtutes defuerint
quas ꝓpheticus sermo enumerat.
Precepit tũc populo iudeoꝝ: ꝛ ho
die nobis qui videmur in ecclia cõsti
tuti ne habeam⁹ fiduciã in splendore
edificioꝝ ꝛ auratis laquearib⁹ ꝛ mar
moreis parietib⁹.ꝛ dicam⁹: Templuʒ
dñi &c. Illud enĩ vere templũ dñi est
in quo fides vera: ꝯuersatio sancta: ꝛ
oĩm virtutũ chorus. Ecce

Nico. de lyra

a Consumptũ est plumbum. loquit
de Hieremia ad modũ aurifabri: qui
fundens aurũ vel argentũ in igne ap
ponit simul plũbũ vel stannũ vt calor
ignis aurũ vel argentũ non cõsumat:
sed magis stannũ vel plũbuʒ: ꝛ iõ qñ
stannũ est totalit ꝯsumptũ ignis cõsu
mit aurũ vel argentũ positũ in forna
ce: ꝛ sic eo ꝯsumpto labor aurifabri ñ
habet effectũ optatũ sed magis ꝯtrari
um: ꝛ sic Hieremias in correctione iu
deoꝝ. iõ subdit: b Frustra cõfla
uit cõflator &c.ꝛ ptʒ sñia ex dictis.

Moraliter.

Ca. VI
a† Cõfor
tamini filij beniamin &c. Hic excludit
iusticia clericoꝝ: ꝛ iniusticia cõcludit
ꝑ oppositũ. Sed qꝛ malicia cleri ẽ oc
casio transgressionis ppli: sicut dicit
Grego. Cũ pastor ꝑ abrupta gradit:
ꝯsequẽs est vt ad ꝑcipitiũ grex sequa
tur. ideo primo tangit malũ ppli cum
dicit: Cõfortamini &c.ꝛ ad litteraʒ
dicit ironice. ꝓpter qð idẽ est ac si di
ceret: Desolamini: quia traditi estis
in manu diaboli ꝑ regem babylonie designati. c† Spe
ciose ꝛ delicate assimilaui filiã sion. qꝛ sicut mulier delicata ñ
potest se defendere: sic nec ppls peccatis assuetis potest tem
ptationibus demonis resistere. ideo subdit: k† Sanctifica
te sup eam bellũ. i. firmate. sanctũ enĩ in vna significatiõe idẽ
est qð firmũ.ꝛ sanctificare idẽ est qð firmare.ꝛ subdit causa

nihil proficiens. a verbũ dei.
sufflatoriũ i igne: ꝯsũptũ ẽ plũm a
a vel argentarius.
bũ: frustra cõflauit cõflator. Ma b
a ergo. nõ auꝝ.
licie eni eoꝝ nõ sũt ꝯsũpte. Argẽn
tũ reprobuʒ vocate eos: qꝛ dñs
longe a se.
proiecit illos. Ca. VII

a V Erbum quod factuʒ est c†
ad hieremiam a dño di
cens: Sta i porta dom⁹ d
domini: ꝛ predica ibi verbũ istud
ꝛ dic: Audite verbũ domini om
nis iuda q̃ ingredimini ꝑ portas
has vt adoretis dñm. Hec dicit
dominus exercituuʒ deus israel.
a que modo male. b clementissim⁹ vire medi
cus omnes sanare desiderat.
† Bonas facitẽ vias vr̃as et stu e f
a quia naturale est natale soluʒ diligere ꝛ nihil
patria dulcius: pollicetur premia obedientib⁹ ha
bitabo vo. in loco isto.
dia vestra: ꝛ habitabo vobiscum g
in loco isto. Nolite ꝯfidere in ver h†
b bis mendacij dicentes: Templũ i
domini: tẽplũ domini: templum
domini ẽ. Quoniã si benedixeri k
vel dixerit. a opera. cogitationes.
tis vias vestras: et studia vr̃a: si l
Hiero. si iusticiã secuti fueritis.
feceritis iudiciũ inter virũ ꝛ ꝓxi m n
a si mala aduene non feceritis. qui non pos
sunt se defendere.
mum eius. † Aduene et pupillo et o
defendendo.
vidue nõ feceritis calũniam: nec p
a simplices scʒ scandalizando.
sanguineʒ innocẽtẽ effuderitis
a peruersa dogmata adorando:
que simulastis in malum vo. ip.
in loco hoc: et post deos alienos q
nõ ambulaueritis in malũ vobis
a quẽ vocastis vel vocatis templum domini.
metipis: habitabo vobiscũ in lo r

ꝙ ad curã habentẽ. q† Et curabãt ꝯtritionẽ &c. ex
potentũ peccata ꝓpter questũ. ꝓpter qð cũ ips damn
graui⁹. iõ subdit: r† Quobrem cadent int ruẽtes.
crificia taliũ nõ valent eis. sequit postea: b† Ut qd
de saba affertis &c. circa qð
ꝙ oĩa sacrificia veteris legis f
erũt vnius sacrificij ꝑfecti. s.
a stie: qð licet in se sit bonũ ꝛ sa
si offerat ꝑ obstinatis in mal
b valet: ꝛ offerẽti indigne multi
qꝛ iudiciũ sibi mãducat ꝛ bib
rinth. xi. ꝓpter qð replicat pe
subdit postea: h† Ecce ppl
de terra aq̃lonis &c. i. exercit
nis ad torquendũ malũ cleꝝ
ꝛ subdit causa q̃ est desperati
c† ptionis. cũ dr versus finẽ cap
y† Defecit sufflatoriuʒ &c. lo
deo sicut de aurifabro: q̃ purg
d lens auruʒ apponit plumbũ
nũ ne ignis ꝯsumat aurũ: sed
sumptũ est plũbũ: tunc cõflat
auro ipm ꝯsumendo. De⁹ aũt
gandũ peccata aliqñ cõflat
ctoruʒ ꝛ aliqñ flagellis aduers
qñ ad neutꝝ sequit emẽdatio
fit conflatio: ꝛ est signũ ꝙ tali
tor qui verbis ꝛ flagellis nõ e
tur gehenne reseruatur.
e f In sexto ca. vbi dicitur in
Ideo subdit: Ecce incircũcis
eorum.

Additio.


In hebreo
g co nõ dici
h† obturate: sed ꝓprie dr incircũ
res: sed qꝛ auris incircũcisa i
i hr̃e preputiũ qð aures videt
re. iõ ꝑ incircũcisionẽ auriũ i
eoꝝ obturatio. Ca.
k V Erbũ. Hic ꝯñr excludi
remediũ in q̃ ꝯfideban
l scʒ sanctitas tẽpli ꝓpt
credebat ab aduersarijs defe
m n diuidit in duas partes: qꝛ pm
hec exclusio. secundo dicti co
tio. ibi: Tu ergo. Pria i dua
o ponit exclusio remedij. secũd
ctio templi. ibi: Ite ad locũ.
p duas: qꝛ primo excludit fiduc
plo ex omissione boni imposit
do ex cõmissione mali probil
Ecce vos. Circa primũ dr Hie
d Sta in por. do. dñi. vt om
dientes ꝛ egrediẽtes possint
q re. Cetera patẽt vsꝙ ibi: e
fa. vi. ve. i. opera. f Et stu
cogitatiões. g Et habitab
r lo. isto. vr̃as preces exaudien
si ista omiseritis facere nõ exa
subdit: h Nolite ꝯfidere
men. q̃ dicebant a sacerdotib⁹ ꝓpter tpale lucrũ. ꝛ qu
la subdit: i Tẽplũ dñi &c. Sic enim dicebãt sacer
omĩa mala remitterent eis si facerẽt multas oblatiões
catur ter vt sacerdotes oñderent dictũ suũ magis firm
tñ erat falsuʒ: qꝛ pmo reqrit pnĩa de ꝑterit ꝛ cautela
ris. iõ subdit: k Qm si bñ. i. bñ dictiõe dignas fece

a vertẽ
ro se.ex
ideo su
rãdo s
egypti
agna põ
rpiter
ẽ debell
Et vel
es alias
bdef:d
ur:Et
b⁹.q̃ a
Et p
a. p
Et lydij
ti in art
.totũ ist
tatut⁹ e
orabit
itũ. t
nsura e
ad.Dic
i fuerũt
nsanabi
ndabã
edicinã
stra m
t gẽtes
Alul
ntũ.Re
a for.in
huc nõ
nus ip
ant.
o.⁊ sec
Princ
ruina.s
Circa pr
remiã
onosor
lce ꝙ n
uit egyp
i prediect
in princ
gni nab
lla debe
egni sui
to ⁊c.l.
te ꝙ o
d
it.ideo
e per ci
fortis t
uit cad
es putr
ertit e
um nost
ebant
g A
ldeoru
erat sig
.In he
nebria
o dicitu

purgari. Ebi: Frustra conantur conatores malicie et eorum ii. i. co.

T[illegible]era prophetis usque ad sacerdotem. i. a minimo usque

...uum est: tamen alio modo est appellatiuū: et signat gis p voracitate sua faciebat. Unde glosa interlinearis super



446

VLRICHI DE HVTTEN EQVITIS GERMANI. AVLA. DIALOGVS.

AD LECTOREM.

Res est noua Lector, res est iucũda lusus perurbanus & facetus: dispereã nisi legisse uoles. Vale.

CVM PRIVILEGIO IMPERIALI.

1519

Aug. Vindelic.
in officina Sigismundi Grim Med
et Marci Wyrsung

VLRICHI DE HVTTEN EQ. ad Henrichum Stromerũ Auuerbacchum Medicum. In Aulam ſuam Præfatio.



Ae tu rem mihi periculoſam ſuaſiſti Stromer, de uita Aulica ut ſcriberem, hoc potiſſimũ tẽpore, quo tot agentibus hic principibus, tanta eſt aulicorũ frequentia. Quaſi ullo modo tutũ ſit, has ſpinas cõtrectare, aut conſultũ eos irritare, quibus etiam ſi blandus ſis, non admodũ placeas. Et dic mihi amiciſſime hominũ quid te iuuit in hoc diſcrimen abducere amicũ? nec in mentẽ uenit, cui me furori obijcias, contra quã rabiem excites, præſertim aulicum & ipſum nuper factũ? ut in aula iubeas me aulã offendere, & quod dici ſolet, ὦ φρέατι κυσὶ μάχεσθαι. Quid reſtat aliud igitur, niſi ut me ob iſtas nugas, nõ in noſtra quidẽ aula, in qua tuta ac trãquilla ſunt om̃ia, uerum ubiubi negociũ inceſſerit, ut apud hos rerũ dominos agendũ ſit, ex ſtipatoribus unus cubito ꝓtrudat, aut inflicta calce præcipitẽ eijciat, deinde fiducia plenus, facti rationẽ reddat, ac cauſam tueatur, quam mihi impugnare non uſq; quaq; oportunũ ſit, demũ ad palinodiã quoq; adigat, quã niſi mox promiſero,

dentes amisero? Nisi tu contra aulicã uęsaniam, habes medicamentũ, aut iam parasti helleborũ, quo furentes illos inebries. Quod si est, quæso in tempore consiliũ cape, ut uenienti malo occurras. Sed uereor ne in medicina non tantus sis ut hominũ affectibus mederi scias. Etiam mihi caput, mihi os, mihi malæ trepidant. Ac aliquẽ uidere uideor, ex gigantibus regijs, pugnũ sex librarũ stringere, quẽ iamiam in buccam mihi impingat. Quod ubi fiet, tum uereor, ne tu in sinum interim rideas, & pro ludo ducas, mihi alapas infligi, os obuerberari, dentes excuti. Et fortasse mortis causa si mihi fueris, non magni facies, ꝙ clericus non sim, ut illo te sagittent Canone Ecclesiastici patres, Si quis suadente diabolo. Verum heus tu, hominẽ esse memineris idq; satis existima, quod tibi iratũ deum reddat, quandoquidẽ sic ille dicit, quod feceritis uni ex minimis meis, mihi feceritis, Vin deum igit̃ prodere, cum hoc facias, si me aulicis simijs discerpendũ tradis? Quęso rem intuere, ac cõsydera, ꝙ non deceat, sero sapientẽ te, illud, non putabã futurum hoc, prætexere. Credis enĩ nõ uehemẽter quosdam succensere mihi, ob hoc nugamentũ, aut eã esse in aula moderationẽ, ut qui sic cõmoti sint, contineãt sese? Præterea memento aliquos esse, qbus iam ante auersa fuit a studijs mens, hi exiliẽt, ac arma et equos poscent, his ferme uerbis, hoc ille feret impune scriba? Nosti enim quãtum literatis detractũ putent, qñ scribas uocant, nobis contumeliã minime agnoscen,

tibus. Qui ut stultus sit metus, uulgatū hoc tamē est, occasione tantūmodo opus improbitati. Sed iocatū satis est, per miras Stromer difficultates, ut tibi obsequerer, eundū fuit. Primū Canicularibus, infesto studijs tempore, ingeniū cum exerceā. Deinde in hoc Germanæ nobilitatis conuentu, in quo ita turbis referta sunt omnia, ut nemo satis meminisse quid suū sit queat. In quo nulla quies, nullū silentiū. nulla trāquillitas, ingētes tota urbe motus, uociferationes, tumultus, eqtationes, strepitus, clangores, equorū hinnitus, plaustrorū stridores, bombardarū tonitrua, tubæ, cōcentus, saltationes, ac plausus. Quę me cum circumstēt, & paucis diebus absolui negociū postulet, ac nihil interim cessare obeundis in aula officijs liceat, aliquid arbitraris in hoc dialogo futurū, quod his placeat, quib. ut placeamus, studere debemus? Ede tamen inquis, ut te hic esse homines cognoscāt. Erras bone Stromer. Neq; enim tanti est, in hominum oculis ac auribus uersari me, ut ob id incōsyderatius aliquid, & cui nō prius limam admouerim, in lucem edam. Placuit ais Peutingero, uiro ut grauissimo, ita egregie docto, & naris emunctæ & Iacobo Spigel Regio secretario, raræ homini doctrinę, & iudicij singularis, ac Stabio placuit festiui admodū ingenij, & minime fucatæ eruditionis uiro. Vt dicā quod sentio, cōmouisti me his autoribus. Quanq; uerendum, ne per amicitiæ studiū ex fauore potius laudent hi, quā ex iudicio probēt. Verū tamen puicisti tu. Atq;

ecce tibi Aulã in aula. Sed in ea aula, in qua ista face re licet, & quæ nisi talis esset, nos nõ caperet. Sic eñ iudico Stromer, simpliciores esse nos, q̃ Aulicorũ cõsuetudini aptũ sit. Itaq; gratulandũ interim nobis inuicem, q̃s ibi exercet fortuna, ubi nõ magnopere no stri nos status piget, sub illo scilicet oĩm, quos hæc natio habet principes, benignissimo humanissimoq; ALBERTO Cardinali & Archepiscopo, q̨ cum maximo uirtutum omniũ teneatur studio, & singula ris ꝓbitati amicus sit, imprimis tñ bonarũ literarum studia, eorũq; assertores, reuerẽter suspicit, ac liberaliter fouet. Quis eni nũc recte p̨ Germaniã eruditus est, quẽ ille nõ norit? aut a quo tali unq̃ salutatus est, quẽ nõ largo munificẽtię suę imbre cõsperserit? Atq; ut sollicitus nuper fuit, ne quid se indignũ pateretur bonus Capnion? ut cupide literis ad se uocauit Erasmum, cuius etiã nomini solet honorificã semper præfatione adiungere? & a nobis crebro percontatur, ex docte doctis, quid quisq; faciat, q̨d patiat̃. Quæ cũ ita sint, & omnino liberior sit nobis aula, quã in qua libere aliquid iocari periculũ sit, ecce tibi Dialogũ, quem iubeo speculi uice propositũ esse aulicis illis, in quo se intueantur. Quanq̃ inuidiam deprecor, lusum est enim, ioco scriptum est, ne quis temere in nugis moueatur. Tum ueniã meretur Misaulus, tedio aulicæ consuetudinis impatientius forte, quam pro tẽpore inuect⁹. Id quod pro me illis inculca, & iam colloquentẽ cum Misaulo, Castum audi.

VLRICHI DE HVTTEN
Equitis Germani, Aula, Dialogus.

Interloquutores. Castus & Misaulus. Castus.



Vam non est hoc falsum Misaule, quod aiunt, uestis uirũ facit. Nam tu mihi sic uestitus, sic cultus, ualde places. MIS. At mihi contra non placeo, ac ad illos olim pannos respicio. CAS. Quid ais? Ab his mũdicijs, ad illas sordes? MIS. A seruitute ad libertatẽ Caste. Quem quidẽ pannis obsitum esse uilissimis oportuit, liber ut essem. CAS. Non es tu liber igitur? MIS. Quia enim seruio, atq; ut intelligas rem plane ut est hoc sericum ultro accersitam mollitiem, & uitam uiris indignam arguit. Hęc qua collum obuinctũ gero aurea cathena, miræ indiciũ est captiuitatis. Tum ubi me consultorẽ salutari animaduertis, seruitutis symbolum accipe. CAS. Quo me ducis? quæ absurda refers? serui sunt, captiui sunt, qui in principũ aulis uersantũ? MIS. Et miserũ in modũ. Deinde exules quoq;. Nã quod uides molliter uestiri nos, qd aliud sibi uult quã a ueris uitæ officijs longe exulare? Atq; ita me dij amẽt, ut meã cõditionẽ quoties repeto, neq; liber esse mihi, neq; uir, sed ex pessimo captiuorũ genere uideor. Atq; utinã maluissẽ cũ Diogene olera lauare, quã regias cũ Aristippo epulas sectari. CA. Valde pter opinionẽ ista narras. Proinde si tibi uide

tur, rem clarius expone, ut edoceas eã uitã, in qua te
ego fortunatũ existimabã, tantopere calamitosam es
se. MIS. Facile est hoc intelligere Caste. Vides em̃,
ut breue uix tẽpus colloq, nunc tecũ liceat, amico ue
tere, & aliquot iã post annos tandẽ reuiso. Sic illa co
git temere abs te fœlix putata conditio. Nã ad septi-
mam statim horam, standum ad principis conclaue.
Quem sic operiri, ceremonia est. CAS. Et quamdiu
standũ? MIS. Aliquot sæpe horas. CAS. Quem in
usum? MIS. Officij causa, dũ aliquid ille iubeat, aut
ne quo incomitatior exeat. Adeo mea omnia extra
me sunt. Ipse ab alterius iussu ac imperio, totus pen-
deo. CAS. Quid? illud pulchrum non est, sic uestiri?
Summo cũ homine cõsuetudinẽ habere? His immu
nitatibus frui? hæc contrectare? huc ingredi? MIS.
Quid? Illud deforme non est, ad subitum tintinabuli
pulsum, quasi fulmine territum sic exilire? Abiectis
om̃ibus ad summi illius fores cõsistere? ibiq; nõ tan-
tum quid ille iubeat, sed & quid nutu significet, aut
digito crepet. religiose & ad anxietatẽ usq; obserua-
re? Nullũ habere sibi tempus, nullũ locum propriũ?
om̃ia precario? aliena uiuere quadra? ad omnẽ prin-
cipis occursum pallere? erubescere? fugitare? Nõnun
q; timere, ac obstupescere? tum multa simulare ac dis
simulare? Toties genua inflectere? tantisper nudo es
se uertice? omnia seruiliter, omnia suppliciter agere?
nunq; tui iuris esse? magnis diu laboribus, multis ui
gilijs, fauorẽ hominis captare? obseruare nequid di-

cas.

cas quod ille probaturus nõ sit, nedum neqd facias: perpetua cũ paribus inuidia conflictari: laudẽ pariter ac uituperationẽ indigno loco ponere: nihil dicere quod sentias, sed quod conueniat: plurima debere: plurima accepta referre: assentari: adulari: ipsum te negligere: omnia alterius curæ mancipata habere: indigna multa facere, multa pati: sæpe contra naturã conformare te aliis: CAS. Mare malorum cõmemoras. MIS. Recte ais mare. Et si libet, adde Tyriũ mare, quod impetu rapit, ui detinet, fluctibus iactat, infidum, surdum, & instabile, repente turbatum, subito concitatũ, incõstans inquietum, nunquã non procellis obnoxiũ, uentis expositũ, tempestate furens, motu æstuãs, plenum periculis. plenũ exitio, impellens, ac inundans. Omni monstrorũ genere, omnibus refertũ portẽtis. Ad quod pernauigandũ, cum me dulces quædã syrenes illexissent, paulo post sentire cœpi, cuiusmodi malis fortuna inuoluisset quantã mihi ad miserias, meus error fenestrã aperuisset. Ac lugẽs cũ Homerico sapiẽte dico, ὀίζυ με ὁ δαίμωρ τέςατι θεῖςξειρ CAS. Mirum si tam fugienda res est aula, cũ te philosophum reddiderit, ita ut gratiam habere debeas, huic uitæ, quę te sic excoluit. MIS. Nescis, quãti hoc constiterit philosophari. CAS. Quasi uero quisquã citra laborem philosophiam didicerit, aut dura non sint, quæ ego facio uigilare, esurire, sitire, algere, æstuare, peregrinari, terra ac mari studiorũ gratia multa pati, fraudare se uoluptatibus, accersere dura omnia,

& iniucunda, pulices pati, ac cimicibus cõmorderi. MIS. ſunt iſta q̄dem ut narras acerba. Sed q̃ tu quatenus uis, minimeq; coactus fers. Tum eadẽ oĩa adfert aula, & quædã præterea multo his duriora, niſi tu modica iſta tãti facis, ut in pulicis morſu τὴν ἀλεξίκακον Herculẽ inuoces. CAS. Omnes igitur ab aula trahis, & deſertas principũ domus reddis? uel miſeros oẽs putas, q̄ illis cõuiuunt? MIS. Nihil iſtorũ Caſte. Verum ſanitatẽ illis precor mundi dominis, ut ſit inſtituẽdæ aulæ conſiliũ. Deinde ſic aio, ualde prudentẽ eſſe oportere, magis etiã quam illũ Homericum Vlyſſem q̄ caute hãc conſuetudinem tractet. CAS. Vt intelligo, aut plane deſipiunt reges ac principes, aut nulli boni ſunt aulici. MIS. Neq; hoc, neq; illud. Nam & ſapiunt aliq̄ principes, rari illi quidẽ, ſed tñ aliqui, & ex aulicis quidã Vlyſſem imitãtur, q̄ in turbulẽto hoc mari nauigãtes, cæra obthuratis auribus, inſidioſę Syrenũ cantionis capaces nõ ſunt, & conſiliũ habẽt p̄ternauigandę Scyllæ, uitandę charybdis, & in Syrtes nõ impingũt. Tum quantũ in ſe eſt, clauſos in utre uentos cõtinent, quo minus ſit perturbatiõibus locus. CAS. Et nõ recte fit hoc, quod iſti ſuadẽt, ut nos tẽpori cõformemus, & ſcœnæ ut aiunt ſeruiamus. MIS. Cũ decoro recte, ſi poſſis. Quantũ dedecet eñ ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα, quod aula imprimis exigit. Porro difficile eſt ibi cõtinere te, unde omnis exulat Cõtinentia, & inuidioſum eſt, cum lupis ſi fueris, ſimul nõ ululare. Mihiq; uidetur, pau-

cissimis datū esse chlamidem simul ac pallium ferre.
CAS. At præclarū mihi uidetur, multos habere amicos, id quod uobis ꝓcliue est. MIS. Neq; procliue, ob peruersa aulę studia, neq; si id assequi possis, uno plus amico recte utaris, uel Hesiodo persuadēte, cuius est illud, μὴ δὲ πολύξεινον μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι. Et quemadmodū Aristoteles sentit, omnem pœnitus amicitiā excludere, nec ullius consuetudinē admittere, ferinū esse & iniucundū, ita ego puto multos habere amicos, hominis esse nullius rei delectū habentis, nihil prudenter statuētis, nihil constanter facientis. Nisi amicos uocas, qui uicies die salutāt, & dum te sibi uicissim assentari uolūt, genibus inclinant nudo capite occursant, a tertio usq; iugere dextram porrigunt, Et quidā sesquiulnaribus aduolutus tibijs, cōtinuo thus illud aulicū adspergit, magnifica ꝓmissa ingētes pollicitatiōes. Dicas plane diuinitus oblatū tibi, a quo sic ameris. Cū ille interim huiuscemōi inescatū te illecebris, totū ad se traducit, tuaq; animaduersa simplicitate, crebro ista intonat. Heus age tuus sum, mea oīa cōmitto tibi. Quid ni? Amicoꝝ oīa cōmunia; utere me ut uoles. Voles autē in mortem usq;, & confestim uoles. Quas ubi bullatas nugas olfeceris, nihil prius tale expertus, incunctāter credis ac forte secretū aliquod cōmittis, quo ille arrepto, & certior factus, qua tibi pte plurimū obesse possit, q̊d apud Comicū est, altera manu panem ostentat, altera fert lapidē, uerbis amicus est, cogitatiōe isidias struit

palam beneuolentiã, occulte periculũ intentat. Qui
ubi semel edoctus fuerit, quo te cõsilio subuertere li
ceat, nunq̃ sinit emergere, omnẽ præcipit fauorẽ, &
siqd tibi boni destinatũ est callide occupat. Quod
si neglectũ te queraris, & officiũ requiras, aut in dis-
ceptationem uoces rem ipsam, tum se tibi opponit
manifeste iam, atq̃ eo liberius, q̃ uideri uult aliquan
do amicus fuisse tibi, & exprobrare illa possit, pmis-
sa, illas bullas. Si ignoras enim, promittere etiã bene
ficium est in aula. CAS. At aliquos inuenire licet ni
fallor bonos. MIS. Et ea Caste rara auis est, quã tu
vnq̃ sequi uelles tanto periculo? CAS. Nondũ con-
stitui, quanq̃ certum est aulam experiri mihi. MIS.
Ac tanto derelicto bono, in tantũ te ultro præcipita-
re malum? CAS. Imo ex bono in bonũ traducere,
non minus recte, q̃ qui ex bono citharœdo bonus
fit poeta Tragicus. MIS. Bene Tragicus. CAS. Et
nequid pręter rationem proponere me arbitreris, sic
accipe. Omẽs qui in umbra philosophamur, nec ali-
quãdo ad res gerendas accedimus, quod scimus ne
scimus. Nam ut in tranquillo nauim qlibet facile gu-
bernat, ita in isto ocio, unãquanq̃ rem strennue lau-
damus uel uituperamus, aut utrunq̃ facimus, & cõsi
lia damus, ac de rebus maximis acutissime interdũ
disputamus, uerbis abunde instructi, re penitus in-
utiles, & ad omẽ opus, nisi exerceamur prius, inepti.
Iam ego enim quem in usum toties caput scabo? un-
gues rodo? Qui si hodie rerũ administrationi admo

uear, omnia imperite egero, in cõsilijs absurda, & nihil ad rem suasero, ut iure exclamaturus sit aliqs, bone ciues leporẽ uenamur. Id quod illis quoq; contingere uidemus, q multos postq̃ annos in libris uersati, multa ac uaria bellorũ genera legerunt, aliqui etiã scripserũt, opus aggressi, nihilo peritius rem militarem tractãt. Adeo perite aliqd facere, aliud est, q̃ diserte dicere. At semper legere, semper meditari, aut scribere etiã, uel disserere, si nihil agas præterea, quæ tandẽ uita est? Mihi enim uiuere nõ uidet, qui, quod nostri aiunt, sibi uiuit. Adde hoc, quod hi qui in studijs literarũ diutius uersantur, non tantũ interim nõ experiũtur res ipsas, uerum etiã fiunt plerũq; obeundis negocijs inepti, unde suis ut plurimum moribus uiuunt, ab aliorũ conuictu abhorrẽtes. Quos spectare licet, si quando hominũ frequẽtię admoti fuerint, q̃ sint in omibus difficiles, quanq; morosi, & cõmuni plane sensu carentes. Audent tamẽ interim nulli non sua exprobrare uitia, ac reges incessũnt, ut stupidos, e medio tollunt militiã, omnẽ rei familiaris curam, ut superuacuã damnant, in diem uiuendũ docẽtes, diuitias risu, uoluptatẽ conuicijs insectanť. Ridẽt fora, rident leges, non nauigare, non equitare per illos licet, puto non cacare etiã, & quæ maxima pestis est, coniugia quoq; ut rem friuolã detestantur, & humani generis propagationi operam dandam nõ putant, uellent mundũ desertũ reddere, ut neq; ipsi essent. Quid enĩ ista sibi uolunt, optimũ nõ nasci, pro-

ximũ cito natum aboleri? aut quid non absurdum hi qui uocãtur monachi, aliquando declamant? hortantur ad solitudinẽ, trahunt sub regulam, ciliciũ ostendunt, uitã cælibem solã cœlo dignam prædicãt, rerũ usum damnãt, mundũ iugulant, quicqd extra cucullum est sathanæ addicunt, ipsi nihil experti, nulla neq bona, neq mala fortuna exerciti, atq hæc illis ingerunt cællæ ac solitudo, ut quicqd ex culicis morsu indignationis cõceperint, in mores in tempora euomant. In principes in diuites, ac quodlibet diuersum uitæ genus iaculãtur, ac illa ab inferis terricula, hominum auribus atq oculis obuersari faciant, ita depingentes ac si uiderint. Quos qui audiunt, aliqui mori destinant, alij in cellã sese abstrudũt. Nonnulli derelictis cõiuge ac liberis, ad solitudinẽ pcurrũt. Quosdam ita piget uiuere, ut patri ac matri q se genuerint irascant. Quæ cum uideo, & q̃ non deceat hominẽ nihil agere cõsydero, ac quæ ipsum me circũstant intueor, cũ iam tẽpus sit, ut uiuere incipiã, non deserẽdi quidem studia consiliũ capio, sed emergendi ex his sordibus uiam pspicio. Atq hæc plixius attuli, quo ne mihi psuasum putares, tantũ bonũ esse sic ociari. Tu cœptum de aula sermonẽ psequere MIS. Nihil istos moror amice, q terrarũ orbi molesti sunt Theologistas, ac difficiles illos & supciliosos disputatores ipse nõ probo, nec te in cellã relego, & agendũ omnino aliquid puto. Sed aulã nego esse idoneam, qua emergere potissimũ cogites. Quod si obstinatissime

unũ hoc uitæ genus tibi ꝓponis, atq; ibi actæ ætatis fructũ quæris, tum te dico e nassa cibũ petere. CA. At multi euehũtur apud principes, & ad honores cito ac dignitates transcẽdunt. MIS. At multi consenescunt ibi pauperes, nec usquã transcendũt, aut unq; speratũ uitæ portum attingunt. Quidã etiam maximas sępe ad opes ac potentiã elati, quãdo illis uisum fuerit, deijciunt rursum ac spoliantur. Vide enim q; acute hęc intellexerit sapiens ille qui sic exaltatos calculis Arithmeticis cõparabat. Nam ut illi aliquando minorẽ, aliquando maiorẽ numerũ referunt. Ita hos aliquando fortunatos, aliquãdo calamitosos, rursum q;, aliquãdo illustres, aliquando obscuros, ut regib. libitum sit, haberi. CAS. Licet sperare. MIS. Et falli licet, tum illud nunq; memoria tibi excidat, quod ille ait & rex & uates, nolite confidere in principibus. Quod si me audis, non tanto spem istam precio emes, nec ad hunc scopum, uitæ arcum intendes, aut dulcem scholæ quietẽ commutabis cum his turbis, quæ me annos iã plus uiginti sine fructu exercẽt, dum teror ac cõteror, dum sudo ac algeo, dum ualetudinem corrũpo, dura patior, grata refugio, dum magnis laboribus ac uigilijs conor, dum omnẽ aleam iacio, neq; aliud tamen assequor, præter unum hoc, quod tibi tantis malis parandũ uidetur, ut quemadmodũ Phryges sero sapiam, ut in arenã ędificasse me ac uentos coluisse uideã, & illud tandẽ intelligã, quã nõ bene uitã ĩstituerim. At te dulces iterim musę, oĩs

plausus securum, ab omni tumultu liberum, uera & honesta uoluptas detinet. CAST. Egentem sæpe multis. MIS. Contemnentē etiam multa. CAS. At nunc quærendæ facultates, deinde ad uirtutis studia redeundū, si unq̄ liceat. MIS. Recte si liceat, nam ut parari queant hæ quas petis facultates, aut laborē nō feres tu, aut indigna multa non sustinebis, deinde uereor, ne bonā tui partem deprauet aula. CAS. De labore scio, qui e nuce nucleū petat, ei necesse fore ut frangat nucem. Iam autē firmior mihi uideor, q̄ ut ullam posthac morum immutationē admittam. MIS. De nuce fieri potest, ut nucleū non habeat, cui tu cū periculo dentē impegeras. Quod ad mores pertinet nescis quā blanda pestis aula sit, quantumq̄ pōdus, hi qui hoc mare perflant uenti, quam nullo negocio dimoueāt. CAS. Dic aliquid de uentis igitur, aut si præstat, de cōuictoribus aulicis, interpellatū a me sermonē prosequere prius, deinde totū hoc mare absolue. MIS. Quos cōmemoraui conuictores Caste, hi sunt, qui cum Vlysse illo tantū maris obeunt, infidi ac fraudulēti comites, quorū ille siue suo igenio fraudem eluserit, siue deorū benignitate insidias effugerit, ad aliquā deferetur Calypso primū, deinde Alcynoi hospitium, post Ithacam forte occupabit. CAS. Qua hos igitur arte peruincere oportet. MIS. Prouidentia quā illi si quando abesse abs te senserint, perdendi consiliū inibunt. Quare fidendū penitus nulli. Vt dicam enim qđ sentio, optimā etiam indolē,

& recte

& recte inſtitutã uitam, in aula ſuſpectã habere oportet, ꝙ hi quos dixi uentos omnia impellant ac ꝑfringant, & ſummã ſæpe innocentiam ad peſſimos mores inuertant. An nõ audiſti illum qui ait? Diſcedat ab aula qui uult eſſe pius. Verum ut ſint aliqui boni, periculoſa tamen ibi experiẽtia eſt, ꝙ multi ſunt peſſimi, ſuopte partim ingenio, ꝑtim aulico ueneno imbuti, οἷσιν ut ait Comicus, οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔτε ὅρκος μένει. Proinde cautũ eſſe oportet, qui cum ingeniis conflictari uelit eiuſmodi, ac danda ſæpe uerba, & uiciſſim adulandũ, moreſqꝫ diſſimulandi ſui, atqꝫ omni ablegato candore, iſtiuſmodi ſimulandũ ingeniũ. CAS. Vt intelligo, primus eſt iſte diſcedendi a philoſophia gradus. MIS. Et hæc eſt quã dixi difficultas. Quantus eſſem nũc enim ego, ſi uel ſimulare adulationem potuiſſem? Qui dum illũ ſequor naturæ rigorem, & bonus eſſe ſtudeo, omnẽ tot erumnarum fructũ perdo in ſublime procul abeũtibus, qui æquales erant, ac in his multis qui nec diu iam, nec multũ adeo laborauerunt. CAS. Omnino igit̃ adulari neceſſe eſt aulico? MIS. Omnino. Sed faciunt hoc alij plus, alij minus. At quiſquis huic iugo colligandam ceruicem ꝓbuerit, opus eſt Alcybiadẽ imitetur. Nam ut aliter Athenis uixit ille, Attica morum ſuauitate aliter Lacedæmone, ſolutius rurſum alijs apud Thraces, populũ bellicoſum, alijs apud Perſas, mollem & delicatum, moribus uſus eſt, ita opus eſt aulico, omnẽ in modum cõformare ſe moribus eoꝝ qui

bus cum uiuit,ut ingenio omnē in partem mutabili
ſit,in oibus uerſutus ac callidus,in ſumma,ipſo Pro-
theo uarius magis. CAS. Tragicum eſt hoc malum.
MIS. At in aulica Comœdia ſpectatū Caſte,nec ali-
ud frequētius,aut timendū magis,cum inteſtinū ſit,
cum domeſticū.Nam qui aperte inimici ſunt, facile
ab his tibi caueris.Hoc malū, per ſpeciem amicitiæ
clam irrepit,blandum uenenū,fucata peſtis.Atqꝫ ali
quos hoꝝ noui,miros in modos, principū bonitate
abutentes.Quoſdā uero ita effeminate aſſentātes,ut
non uerba tantū rebus accōmodent, uerum etiā ge-
ſtu uerba exprimāt.In qbus falſiſſimus animi index
frons eſt.Qui omnē oportune affectū ſimulāt, utut
uolunt colorem uultus mutāt,udi ac molles,& quā-
cunqꝫ perſonā fingere uelis idonei.Qui omnia faci-
le imitātur ac exprimunt. CAS. Et hos alunt princi
pes,ac honoribus efferunt? MIS.Et primo loco dece
pti ſcilicet,homines grauibus alioqui curis implici-
ti,& ad triſticiam procliues. Quos illi grata ſemper
ac lœta nunciātes,iucunde afficiunt, omnia eoꝝ ad-
mirātes,oīa laudibus efferētes,etiā ea quæ iniquiſ
ſima nouerit.Nō eſt inuenire aliud hoc hominū ge-
nere peius.Atqꝫ hi ſunt,q ſuis peſſimis cōſilijs, opti
me animatos principes,in multoꝝ,in orbis pernici-
em,inuertunt ac peruertūt.Semper duplices ac bilin
gues.Per quos fit, quo minus recte ſapiant, recteue
faciant illi.Quibus autoribus,neqꝫ bonis pręmiū,ne
qꝫ pœna malis eſt.Hi ſunt Caſte qui fumū uendunt.

Quibus ab illis emptoribus dicit̃,cõmenda me prin
cipi.Porro officia & pręfecturas ab illis mercari licet
Et ut aliquid faciant,aliqd dicant principes,redime-
re.Quibus illi quos uolunt caros,rursum quos uolũt
infestos reddunt. Hi a quibus munera quoq; accepe
runt,his aliquando fucũ faciunt.Quibus autoribus,
multorum fœlicitas principum perit ac subuertitur.
Hi sunt Caste sorices ac tineæ palatij,q plurima die
noctuq; arrodũt ac corrodunt,qui plurima deuorãt.
Omnino enim uitam ac sanguinem principum exu-
gunt isti,ac lente consumunt.De quibus ualde pru-
dẽter Antisthenes philosophus olim monuit.Si ne-
cessitas urgeat præstare, in coruos, quam in assenta-
tores incidere,illos enim mortuos,hos uiuentes de
uorare.Qui cũ noxij ubiq; sint,utiles nusq̃,maximis
tamen ac intolerabilibus alunt̃ sumptibus.Hos uide
as in om̃i mundicia,oibus lautitijs delitiantes, splen
dide uestitos,bene nũmatos,semper ebrios ac temu
lentos,uel citra uinũ,studiosos aleę,deditos crapulę.
Qui nõ aliter uiuũt in aula,q̃ illa Vlyssis domi pro
coꝝ colluuies, adeo nõ parare aut augere rem nati,
sed consumere ac perdere, ἄγουσι καὶ φέρουσιν. Neq;
istorum quicq̃ gratis, quandoqdem primi isti mu-
nifice donant̃,liberaliter habẽt̃,regie uestiũt̃,ad offi
cia facile,pręfecturas ac honores euehũtur. Et de Pal
ponibus aulicis dictũ fortasse plus,q̃ oportuit,sed ic
circo ut intelligeres hanc nauigationẽ qd potissimũ
difficilẽ,ac intrãquillã redderet. Ac in aula amicitiã

nē p̃ſumeres. CAS. Vt uideo, maxime indignis beneuoli ac benefici ſunt Principes. MIS. Atq; hoc eſt, q̄ uides quoſdã neq; genere claros, neq; uirtute cõmendatos, in ſummũ cõſcendiſſe. CAS. Scribas maxime. MIS. Immo quoſdã ſcribis inferiores, atq; utinam ſcribas tantũ eueherent. Ita ſine iudicio ac delectu liberales ſunt principes. CAS. Iam dudũ extra tuum ſermonẽ meæ peregrinant̃ aures, ac de illo cogitoMorione. Sed tu tria uerba, q̃ neglexi interim repete. MIS. Si de Morione prius dixeris. CA. Audierat is auri penuriã cõqueri ſuũ principẽ, & repente, q̃n tu ſcriba uis eſſe inq̃t, ut aurũ habeas, Nã illos p̃ omĩbus pecunioſos uiderat. MIS. Ita eſt. Nã & primi illi & plurima in aulis principũ lucrant̃, p̃tim dũ literas ac ſigna uendũt. partim dũ cottidie aliq̃d a principibus exugunt. Quanquã quid de ſcribis querimur, q̃ qualeſcunq; ſunt omnino aliquis illorũ uſus eſt, cũ alij multi ſint, omnino inutiles, tantũ fruges cõſumere nati; Atq; igitur dixi, ſine iudicio ac delectu liberales ſunt principes. CAS. Dij perdãt aſſentatores omnes, quo ne bonos nobis diutius principes perdant. Sed tu iam de uentis narra niſi quid reſtat de adulatoribus. MIS. Huius generis ſunt fratres, qui principum mẽtes tenent, ex auditione confeſſionis. Circa quod ſtudiũ adeo ſuperſtitioſi ſunt illi, ut credãt p̃petuo clauſos ſibi cœlos, niſi ex Dominici aut Franciſci phratria bene ſaginatus aliq̃s, nitidus, & obeſus aperiat. Neq; enim ſatis eſt ſacerdote hic uti, niſi ex

ordine sit. Quasi nemo post mortẽ reuixerit, anteq̃ hi essent nescio quomodo ordinati ordines. Audiũt illi tamen interim secretissima quæq̃,& nõ produnt, nisi raro forte, dum inter alios Palpones in multã noctem pergræcantur, sed ut nunq̃ prodant, tamẽ sciũt quid principi, quatenus suadere cõueniat, & quẽ nõ egredi oporteat limitem. Atq̃ igitur cautissime adulantur hi, ac mire semper abutunt̃ magnatũ uanitate, Quorũ aliquis persuadetur neminẽ ascendere illam beatorũ mansionem, nisi qui prius in scapulis Francisci cõsederit, aut quem sublatũ in brachia Dominicus sursum proiecerit, aut qui ualde liberaliter fratrũ reditus auxerit, monasteria locupletauerit, uel nouũ aliquem huic colluuioni nidũ construxerit. Quo fit, ut indies magis ac magis crescat illorũ res, nemine reclamãte dum hostiatim colligũt, quasi res parua sit stipem emendicare, aut non in multa aureorũ milia hij redeant stipes. Scilicet peritissimũ est hoc assentatorũ genus, ac identidẽ perniciosissimũ, Nam per speciẽ religionis mali sunt, sed iam ad uentos uocor. Hi sunt in aula Caste, fauor, inuidia, cupiditas, ambitio, luxus, cõsuetudo, egestas. CAS. Rem capere uideor, quanq̃ audire libet, quõ hæc a suo statu mentẽ dimoueant. MIS. Fauor Caste, ut iniusta suadeas, cum hoc demulctus, rectum dignoscere haud facile possis, & iccirco iniquã sæpe amici causam iuues, aut quæ amas, utcunq̃ cadat hoc, principi probes, cõtra inuidia ut bonis sæpe obsis æquitatẽ impedias quæ

infesta habes, persequaris. Quae duo, cum, qui in aula uersantur adsint omnibus, incorruptã non sinunt genuinã bonitatem. Atq; ita fit, ut multa indigna cõtingant, nam & eligũtur friuoli multi, ac excludũtur frugi homines, & iniuria fit bonis moribus. Iam de cupiditate non dubitas in quos errores pręcipitet, ut nihil sæpe facere nihil dicere aliquis uereatr, dum qđ cupit paret. Hinc illa sunt in aulis periuria, illae perfidię illa falsa testimonia, tanto crebriora, quanto quis eget magis. An non cupiditas est quae facit, ut munera accipiant aliqui? ut fauorem principis, ut fumum uendant? ut compilent? ut depeculẽtur? ut rapiant? ut furentur? Porro ambitio quid nõ perferre cogit? omnia digna ac indigna obire facit hæc & dissensionem excitat inter eos sæpe, qui sibi chari inuicem fuerant, & adulationẽ ac assentationem gignit, duas ut audisti maximas aulæ pestes. CAS. Non ferendum uicium narras. MIS. At frequentius ibi nullũ est. Adeoq; late regnat in aulis principum ambitio, ut huic uni accepta referantur omnia. Nullus uiolentior Boreas nauim impellit, quam illa hominis mentem concutit. Qua imbuti qui sunt, omnes autem sunt, q hæc ab aula nunquã absit, non dubitant pericula obire, discriminibus sese obijcere, per tela p hostes ferri, amicũ lædere, necessitudines perrũpere, fidem fraudare, in deos atq; homines delinquere, dũ huic ciuitati pręficiantr, hoc officiũ, hunc magistratũ occupent. Aliqñ etiam, ut sine fructu inanẽ titulũ fe-

rant. Ita falsæ gloriæ studiũ, aulicorꝝ omniũ animis tenaciter inhęret, agũturq; hoc flatu sursum ac deorsum, & in miros abijciunt errores, nõnunq; naufragium faciũt, ac oĩa perdunt, in largitionẽ ingenti cõsumpta pecunia. Habet enim uiciũ hoc comites, largitionem & reliquas corruptiones, qbus impellente ambitione, tota flagrat aula, ac omnia passim adurũtur. Quid luxus? quam morum deprauationẽ adfert? quod contagiũ trahit? uiciũ tanto alijs odiosius, quãto plura perdit ac dissipat. Hoc errore contemnũtur pecuniæ, non quo a sapiẽtibus illis pacto, sed per stoliditatem ac dementiã, contra uanissima omnia adamantur, atq; inde preciosa uestis, inde purpura, inde aurum & argentũ, inde gẽmæ ac margaritæ, & reliquę id genus nugæ aulã inuaserũt. Quæ oĩa licet maximi emant, magnanimitatis est tamen, ea abijcere, & pro neglectis habere, ac tanto quis animosior censetur, quãto hæc uiliora facit. Videas ad cõtentionem usq; insumi pecunias, quo neqd splendidius alteri adsit. Nec ad usũ fit emptio sed ad inanẽ ostẽtationẽ. Quo loco, haud refert dicere, unde suppetant hęc, aut hãc uoraginẽ qd ĩpleat. Certe impletã oportet, siue inde egeãt subditi, aut ipsi etiã principes egeant, siue uniuscuiusq; patrimoniũ huc erogetẽ, ac plura multo ꝓfunduntẽ ibi inaniter, q̃ in usũ uertuntẽ necessariũ. CA. Fieri uideo q̃ dicis. Nã optime uestiẽtẽ hic lanã, qd aliud cõtẽnere docuit, ut pegre sericũ emerem⁹, ac purpurã? aut nõ potuim⁹ ornari, populus

bellicosus, & omnis olim mollitiei cōtemptor sine gēmis sine auro: & nos sagi piget, nos loricæ: MIS. Tum cynnama, crocum, piper, & reliqua exotica, id malū inuexit. CAS. Simul credo mores emolliuit, ac illud uere Germanū robur eneruatum reddidit: MIS. Sic est, quāto decētius enim, primi illi Germani ferarū pellibus amicire corpora solebāt, cum multa interim strēnue facerent, quā nos sic compti, sic ornati, nulla bella gerimus: nullis principibus, nullis regibus iugū imponimus: nullā laudem parimus: nullam ad posteros gloriā transmittimus: nisi quod alacriter plenis cōcursantes poculis, utrinque uires cōminuimus, corpora delassamus, ingenia perdimus. CAS. Quæ audio, sed perge. MIS. Præter hæc in miros sępe scopulos impellit cōsuetudo. Quippe multorum cōuictus in aula cum sit, in procliui est morum exemplū quod omnes trahunt. sed ita trahunt, ut adhuc uiderim, quam cum bonis consueuerant, meliores paucos, admodum multos per malorum conuictū deteriores factos. Hoc inducente flatu, adolescētuli in aulam delati primū, pereunt, omis innocentia pessum it. candor infuscatur, bona indoles corrumpit. Cum enim, ut quidā ait, in uetitū semper nitamur, ac negata cupiamus, abunde in aula inuenire est, quo labem contrahamus, alij in gulones & potores incidentes, alij in aleatores, quidā in scortatores, plurimi passim in assentatores ac simeas aulicas impingentes Quorum in medio quæ tuta probitas: quę satis tibi munita integritas

tegritas

tegritas uidetur? CAS. Mihi quidem uidetur, ipsa Pallas hac assuetudine cõtractura malum, tali contagio, tam pestifero inficiente, ac misere decipiũtur, q pueros in aulam erudiẽdos mittunt, cum inde ui ac uiolentia extrahendi potius essent. MIS. Vt narras. Verum egestas, quã dixi, suas & ipsa partes sibi uendicat, necessariũ malum, quæ optime institutã indolem peruertit, nec sibi constare sinit. Quę oĩa uenalia habet, & nihil non pecuniæ studio facit ac patiẽ. Hæc proditores gignit, ac rebus semp nouis studet. Vides enim ut opus sit egẽtibus illis, quod pdigant, quando quidẽ & ipsis cõmune est cum alijs luxũ colere? Itaq3 undeunde possunt corradũt. Per phas ac nefas quærunt. Certe enim, ut ille ait, uiro esuriẽti necesse est furari. CAS. Quid tu? illos pauperes deteriores putas, his, q ex crumena, ut fertur, generosi sunt? MIS. Nihil minus, sed sua sunt & illis uitia, quæ nihil ad hunc locũ. Egentes oĩbus semper uitijs obnoxij sunt, cito munera accipiunt, cito spe lucri fidẽ frangunt, adduci facile possunt, ut secreta sibi commissa effutiant, ut ea quæ in cõsilijs agitata sunt prodant, ut iniquã principi causam cõmendent. His intercessoribus siquis eos pecunia præceperit, omnia citra negociũ a principe impetrabit. Atq3 hos præsertim obseruant hi, qui principũ fauorem uenantur, nõ imprudentius, quam qui oppidũ expugnaturi, ea parte, qua munitum minus est, aggrediunẽ. Sed iam de his satis dictum, quæ aulam turbant, quæ recte uen-

tis comparauimus,quod ut illi, quieto mari fluctus concitant, ita hi quos memoraui flatus, miras aulæ tempestates inuehunt,ut iam nosse uidearis,unde hę sint in aula inquietudines,hi tumultus. Verum quo tandē diu multumq; iactatā nauim nostram impellant,accipe. CAS. Audire gestio. MIS. Aliquando in perniciē statim,ut si quis cupiditate excæcatus,aut egestate coactus, rem cōmittat supplicio expiādam, aut si huc eum cōsuetudo,quam cum malis habuit, abstrahat,aliquādo ad infamiam, his eisdem spiritibus,aut per ambitionem & luxū. CAS. Quo illi puto recidunt,qui aut in furto deprehensi sunt,aut mercede fidem prostituerunt. Aut uero qui ambitionis studio principi fucum fecerūt, aut qui per uinum uel amorem,turpia admiserūt. MIS. Qualis ille hic nuper fisci præfectus,a quo princeps rationē audire cū uellet, intellexit uno anno decocta aliquot aureorū milia,CAS. Et qui pacta cū hostibus pecunia, nihil utile Cæsari suasit. MIS. Et multi qui magistratus emunt,& honores mercant̄. CAS. Et qui uino dediti,multa sæpe tacenda per ebrietatē effundunt. MIS. Qualis etiā fuit, qui paucos ante annos in hac aula uersatus, cum honestū locum haberet, sed per luxū prodigeret oīa ac ære alieno obrueret̄, meretriculam,cuius amore tenebatur,equestri ordine natus iuuenis,uxorem duxit. Deinde non suppetente, quod necessarius usus requireret, latrocinijs uitam tolerauit,ac tandem cum alijs latronibus cōphensus, car

nifici secandã ceruicem præbuit. CAS. Vt capio, hæ sunt in isto mari Syrtes, hæ Scyllæ, hæ Charybdes, quo nauigãtes hoc modo deiecti, pereunt. MIS. Et Lestrygones Caste, ac Cyclopes, qui statim deuorãt, ad quos ille, scis, deferebat̃, qui cum pacta mercede, principis uitæ insidiaret̃, consilio p̃uentus, extremo supplicio affectus est, & nũc a quatuor stipitibus dependet. Et quẽ proxime laqueo suspendi uidimus, q͡p ærariũ compilasset. CAS. Et quem ego uidi Romę, q͡p liberius monuisset pontificẽ, capite plecti. MIS. Non ille Caste, sed forte ad scopulum offenderat. Sunt enim scopuli etiam hoc in mari, caute transeundi, ne frangas nauim, & omnẽ semel substãtiam perdas. CAS. Et hi qui sunt? MIS. Vnus omniũ maxime uitandus, ira principis. Nam qui huc impegerit, actũ de eo puta, atq͡3 audi Caste, quo potissimũ p̱iculo, uersemur apd' principes, siue te enĩ tuus ille cõductor, benignius respicit, anxius es neq͡d offendas, & fauorem ut retineas. Siue abs te oculos, aureis ac manus longe habet, bene mereri studes, idq͡3 uigilando, laborando, dum sursum ac deorsum uolitas, dum frigus ac æstũ fers, dum digna ac indigna pateris, dũ oĩa conaris, ac sæpe contra flumen natas, Ita semp̱ lassandus uenis, semp̱ ac singulos in dies deterior fit seruitus. Dũ tñ interim nescis an hęc ille sentiat, aut agnoscat. Qui si sciat etiã, quãtũ merearis, nõ facile tñ cõcedit, quę ad trãqllitatẽ tibi sunt. Quippe ex cui⁹re est, hiantẽ te detinere, ac suspẽsum, sperantẽ

ſemper fore, ut emergas, ut aliquid ſe mitius det, ut ſit laboris merces, ſudoris præmiũ. Quo in ſtatu ſæpe interim contingit, ut tibi iraſcat̃ ὁ δεινός ἐκεῖνος, ob leuem aliquã aduerſum te cauſam motus, quam ille tanti facit, ut magna deprecatione opus ſit, quo tecũ in gratiã redeat, cum ſæpe ob rem nihili, ob floccos, ob pilum, ob uicioſam nucem, ob fumi umbrã excandeſcant principes, inflãmentur, rabiem contrahant, furiant, ac cœlum terræ miſceant, breuiter, in nugis Tragœdias agãt. Tanti eſt diu ſeruire ſe affligere ac cõterere. Qua propter quoſdã uidi, poſt, quam multis annis ſumma diligentia, maximis laboribus ſeruijſſent ſemel uel ficta cauſa cõmoto principe, pecunia pariter ac libertate multatos, nõnullos uita etiam ſpoliatos. Leuiores ſcopuli ſunt Principũ ſuſpiciones, quarum illi capaces maxime ſunt, ſed in quas nõ ſine periculo incidimus. Atq; in his ego ꝑpetuo Caſte, ob loquendi libertatem, quo plurimũ offendunt̃ illi, hęreo. Deinde parium inuidia, intra quam non admodum ſecure nauigatur. Ac præſentius omnibus malũ delationes, quarũ cum impetu ſi impariter conflixeris, periculum eſt rerum ſimul ac uitæ. Porro caute om nino tractanda eſt eius, cui ſeruis, quantũcunq; iuſta obiurgatio. Ea eſt his ægris natura, quædã ſibi nõnunq; ulcera tangi nolunt. Iam hoc, q; fugiendum & ipſum eſt ſaxum, ſpecioſa uxor ſi illi ſit, aut filia, ne uel ames, uel amari tibi contingat. CAS. Ad huiuſmodi ſcopulos perijt apud Alexandrũ Calliſthenes.

MIS. Et cum periculo nauigauit Agis Argiuus eundem rephendere ausus, q in adulatores & ridiculos perinde ac in bonos liberalis esset. CA. Clytus uero, qꝫ ab illo cyclope repente deuoratus est? MIS. Et ab Astyage q̃ passus est Harpagus? CAS. Et sub Cambyse Prexaspes ut habitus. MIS. Porro illi Romanorum imperatores qꝫ misere multos habuerunt? CAS. Nostra autem tempestate, quæ se indigna dederũt? & in Sueuis illud quale exemplum? Proinde omni pede standũ, ne in hoc mari nauigationẽ experiãtur, qui uitæ cõsultum uolunt sue. MIS. Quod nisi a me sic esses monitus, quo te præcipitasses? CAS. In mirum ut uideo pistrinũ. Quapropter alia ineunda uitæ ratio est. MIS. Ita caste cogita. Nam aut ager honeste coli potest, aut lrẽ doceri, aut utcunqꝫ manibus opari licet & rẽ militarẽ exercere καὶ ἐμ ἀσπίδι ξενίζεσθαι aut medicinam tractare, ut ex te tibi uiuas. CAS. Recte suades, tu uero, sic monito me, quid tandẽ in hac pœnitudine tibi proponis, iam senex? an omni deuorata boue, in cauda tandem deficies? nec extremũ fabulæ actum implebis? MIS. Ne hoc quidẽ degeneris animi, uel in extremo resistere, & iam uarie super his cõsultans, nõdum inuenio, ut me expediã. CAS. Dij te ex ista iactatione in portum aliquem referant Misaule, ac ut libertatem recipias, faxint, aut aliquã tibi fructuosam cogitationem indant, qua te ab his rhetibus explices. Sed prosequere oro de uita aulica, quando adhuc ante horam sumus, quę te ad illud

seruitutis hostium auocabit. Et quod restare uidetur, quæ te causæ in hanc nauigationē adduxerint, aut de syrenibus ut meministi, aliquid refer. MIS. Audi igitur seruitutis huius causas, nam fructum abunde opinor intellexisti. Primū ea Caste, que tu quoq; paulo ante suspexisti, admirabar, uestiū nitorem, aurum, & gemmas, ac illos arabice olentes purpuratos, ut deos uerebar. Deinde magni faciebam, his cōuersari, ad quorꝫ conspectū etiā, summa cōtentione, maxima sæpe multitudo ꝓcurreret, hisq; colloqui, & eorum familiaritate censeri, ac illas affectabā immunitates, & diuites omnes putabā, qui sic ornarent. Cumq; patrimoniū mihi esset perexiguū, facile hoc loco ditescere proponebā. Quædam præterea insita fuit, & iuueni, & imperito, ut multis ambitio, nam aliqn̄ uidens ex aulicis reuerēter aliquos appellari, ac orari, ab his, qui aliqd apud principē captabant, deinde muneribus quoq; peti, rebar omēs in aula cōsuescentes, potentia plurimū ualere, ac facile audiebam, cottidie increpantes me his uerbis, quin tu in aulam te cōfers, ut prodesse & tibi possis, & omibus tuis, aliquā adeptus præfecturā, aut ad aliquod promotus officium, uel aliter principi charus. His ego Caste Syrenibus, cum occinuissent, neq; ego Vlyssis consilio cæra aures obthurassem, subuertendū me præbui, deceptus miser cum minime presentiscerem, in quæ mala deo irato meo prouoluerer. Nam qd uestes admirabar stultus, quæ truncū etiam ornant, & animū nō argu-

unt? cũ ex animo constet homo, nec ad eum aliquid pertineat, eorũ quæ exterius adhærẽt corpori. CAS. Quo minus illos fero, q monachi uocãtur, qui nobis uestiũ ostentatione uolũt, sanctimoniæ opinionẽ persuasam, cum hoc hominũ genus ualde detestatus sit Christus, quẽ ego credo cum in terris esset, nihil aliter atq; alios homines uestibus usum. Hi autẽ quas non diuersitates excogitant? In quod se nõ monstrũ transformant, ut q maxime dissimiles sint p omnia. Atq; in his aliud Francisco placuit, aliud Bernhardo, aliter uisum est Dominico, aliter alijs. MIS. Neq; illud uidebã, multos sic uestitos, plurimis interim egere. Sunt enim ista non ex hominũ facultate, sed consuetudine ac moribus aulæ, quæ uult homines iactabundos, ostentatores, gloriosos, ac magnificos, qui se omi foris pulchritudini ac uenustati conformant, cum intus morbidi, marcẽtes, ac mire informes sint, ut mihi uidetur, similes parieti incrustato, intra quẽ ruinosa multa sint, aut sepulchro splẽdide foris extructo, ac statuis & imaginib' egregie adornato, quod deformes intus caluarias, nuda ossa & obscœnos fœtores cõtineat. Quinetiã multi horum, ut sic uestiantur, fraudant, rapiũt, ac furantur. Nam habẽdus est in aula uestitus, nõ quem tu parare potes, sed qui ex principis dignitate est. CAS. Ibi te illius meminisse oportuit, quod Cræso obiectũ a Solone est. Nam ille cum adhito Solone, aurea se sponda molliter ac regie adornatum, nitide composuisset, ac ab illo per-

contaretur, nunquid unq̄ speciosius uidisset, respondit Solon, gallos gallinaceos, pauones, & id genus animalia, in his enim admirandū naturam spectaculum exhibuisse, regis stoliditatē arguens, ac istiusmodi fucorū contemptū innuens. MIS. Et multa prętere a, quae si mihi in mentem uenissent, non his cōcessissem, huiusmodi obijciētibus illecebras Syrenibus. Qui si itidem, q̄ periculose tractētur regum ac principum amicitiae, consyderassem, non tanti fecissem, huic interesse pompae, in qua multi opprimuntur. Quam friuolū est enim, tunc se putare charum his dominis, cum dextras porrigunt, aut osculandas etiā praebent, aut ubi familiariter colloquūtur, cum nō affectus sint illa, sed ostentationis plerunq̄, quae p omnia in aulis regnat, ac insidiosi ut in plurimum sint, principū affatus, quos illi ob id blande conferūt, ut suorū animos explorēt, & allectos hac benignitate, ad effundendū aliqd temere inducant. Plurima eni oportet simulare ac dissimulare reges. Vnde nō imperite solebat dicere Germanus imperator Segimūdus, qui nesciat simulare, eum nescire regere. Plerisq̄ uero tunc affabiles sunt cum soluendū salarium est. Ac iccirco blande conferunt, ne sibi illi pecuniā petendo molesti sint. Maxima enim & ibi difficultas est, postq̄ diuturnā ac duram seruitutem seruieris, ut stipendiū extorqueas, quod siue non petis, nō soluitur, siue multū ac saepe, offendis. Hoc autem tempore, omnes fere per Germaniā principes egēt, propter

luxum

luxum & uanitatē, quibus dediti, plurima inutiliter absumunt. Vides enim, ut multa scurris, ludionibus mimis, parasitis, ac musicis largiātur: Vides, ut in aulis noctu diuq; bibatur & edatur: ut pauimēta uino madeant: ut plus ebrij isti ꝓfundant q̄ ingurgitent: plus ingurgitēt, q̄ ferre possunt: tum ad emulationē usq; dantur uestes. Atq; is est principū tumor, quāto magis egent, tanto minus egere uideri uolunt, & iccirco nihil de pompa, nihil de apparatibus remittūt, imo in alterius inuidiam alter prodigit, ne perdendo inferior sit. Interea speciosus ille foris colossus est, intus squallet. Quod me ditescere uolentem, misere decepit, aurum subæratū cum pro solido uenerarer, ac istas esurirem pontificales cœnas, ad has tam cupide respicerem gallicas uestes, ad hæc monilia. Nā in aulis qui habent ista, plerunq; nihil præterea habent. Quinetiā plus aliquando perdunt aliqui seruiendo, q̄ lucrantur, quod apud quosdā neq; emergere est, & rem suam dissipare oportet. Porro stultissime delectū agunt principes eorum, quos in famulatum adsumūt. Neq; enim ex uirtute licet emergere, sed ut plurimū quæritur, qui procera sit statura, latis humeris, ardua ceruice prelongis tibijs. Atq; is commendabilior fit, si etiam barbam ad terrorē adornet, & calamistro cæsariem urat, ac per aulam ingressus, huc illuc bracchia iactet, tibias uētilet, humeros ostēdat, ut illos poscere uideatur, Virgilianos cęstus, cū Entello pugnaturus, & uestes habeat discolores, ac p

omnia pictas, magis etiam ꝙ pictus est gallus galli-naceus, triginta gallinarum maritus, cum istiusmodi Thrasonũ unus, non sufficiat ad explendum unius mulierculæ desyderiũ. Scilicet athletas bonos amant principes crassos istos, pingues, & torosos, illos uero macilentos, breues, graciles, subpallidos ac tenueis, quãꝗ prudentia forte & consilio ualeant, non admodum curant, quia non est inquiunt, bene personatus iste. At hos gigantes in satellitiũ citra cũctationem libenter adsumunt, ac tales sibi gaudent esse anteambulones & sectatores, quãꝗ minus sit nonnunꝗ in aliquibus cerebri ꝙ in culice sanguinis. Nimirũ hoc comitatu abũde ornatos se, etiam si nulla sit uirtutis ne cogitatio quidem, putantes, præter quos capita extollunt adulatores quos dixi, relictis post tergũ bonis, & pleruncꝫ pauperibus. Nam ut nosti, haud facile emergunt, quorũ uirtutibus obstat res angusta domi. Atcꝫ hi sunt, quorum hæc ilias capax est, quę alioqui stultorũ regum & populorum continet æstus. Quod intelligentem cõsyderare oportet, prius ꝙ aggrediatur, an aptus sit hæc obire munia. Nam pręter ea quæ dixi, quid in aula ferendũ sit, nihil te cælabo ac primum omniũ qđ de immunitate dixisti, quæ posset in hac seruitute immunitas esse? Quam molestum est autem, ac indignũ, omnia humiliter, omnia submisse & abiecte facere? Nam cum omnino seruitus sit aulica uita, nec aliam appellationẽ capiat, quã ea quæ faciũt emptitij illi, quando nomẽ haud effu-

gimus, in re ipsa solatium repositum habere debebamus, ut esset hęc scilicet liberalis seruitus. At non putant nũc principes aliquod esse inter se & ministros suos discrimen, nisi ad contumeliã usq; utantur opera nostra. Itaq; uolunt assiduitatẽ, uolunt sudores, uolunt quoquo eant, ut se uelut propria umbra comitemur, neq; amant quenq;, nisi qui in oculis sibi ppetuo sit. Et eos benignius habent, qui obstippo ante se capite, quoties ipsi respexerint, inclinant. Quibus agilia sunt genua, qui omnes illorũ nutus, nedũ iussa obseruant, qui ceremonias aulicas ꝑ legibus colũt, atq; igitur uno omnes ordine callent & exequũtur, ita ut si latum ab his unguem discedant, piaculũ hoc sit. Proinde desertores uocant eos, qui nõ semper in tergo sibi hęrent, magis, q̃ qui in acie loco cesserũt. Et summũ studium est, ut recte misceatur regię pompæ strepitus, ut ad omnẽ principis intuitum palleat quis, ac attonito similis sit. An nõ uides, ut apud hos titubantem dicere oportet: ac præ timore sudantem nonnunq;: Vides, quantũcunq; aliquod familiare & exiguũ est negocium, qua perplexitate quã hæsitanter ac trepide ille dicit orator, ut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram: ubi periculum est si in tituli pronunciatione, uel syllabam prætermiseris, aut poplites tui si officium ibi minus scite faciant, cauendũ q; ut omnia sint mollia, perfracta omnia, ut opus sit, docto alicui comœdiarum actori operam dedisse, ac histrionicã didicisse, quo nequid in cõgenudatione

aberretur. Quæ cum uanissima omnia sint, tamē plurimū in his diei absumitur. Deinde apparitiones illæ quales sunt, quādo totas nōnunq̄ sex horas standum est, uno quasi in uestigio: quando huc illuc, sursum deorsum procurrendū: quando equitātem illū per urbem, fessis diu pedibus sequi oportet: quādo in plurimā frequenter noctem obseruādus est, dum a cōuiuio redeat: quando in æstu ac frigore excubandum. Et sunt homines qui in his erumnis uitam putent, qui in hoc uolutari cœno uolupe admodū ducant, & pro delitijs habeant, hæc facere, hæcq̄ pati, quasi aliquid adhuc intersit, inter aulicam captiuitatem, & eos, qui bello capti turcis seruiunt, aut seruiri principibus citra assentationis uiciū possit, quæ sunt enim ista paulo ante a me pertractata: quæ etiam si adamussim exequi studeas, & efficere quod placeat coneris, tamen in ambiguo est, aut tuam ille sedulitatem agnoscat, aut per optimos illos cōuictores an placere tibi liceat. Nec minus dāda opera, neq̄d aulici isti susurrones improbent, q̄ ipse ille Iupiter tuus ne offensam contrahat. Qui si assiduū te uideant, ut iam frequentari in principis auribus incipias, meritum omne tuū inuertunt, grauem uocantes ac importunū. Et ubi ascendere quātuliscunq̄ gradibus anim aduerterint, deijciendi consiliū capiunt. Quorꝫ studio factum est, ut inter abiectos nunc accumbā. Certe enim fortunæ rota est Caste in hac uita, in qua quotusquisq̄ si ascenderit etiam, diu consistere potest:

Quod uicissim omnia fiunt, ut qui nunc sublimes sunt, rursus decumbãt, & qui paulo ante deprimebãtur, nunc summo in orbe conspiciendi emineant, ut alius alium impellat, ut tuũ illum emulum, siquid tibi prospere succedit, urat. Iam in illa pompa, quæ inuidia est, quis quo loco ambulet? quæ ambitio? deinde prælibatores, cui malo exponũt se, præcepturi, si qua illi domino mors destinata sit. Atq; adeo neqd tutum, nequid sit in aula pacatũ, aliquos uidi a Morionibus exoculatos, dum ꝓuocati illi furiunt, quosdam ad mortem usq; cæsos. Inter quas molestias, inter quæ discrimina, quid tandem præmij, quid solatij est Caste? Aut non semper uigilandũ, alteram in partem, ne tibi uilescat gratia, in alteram, ne tui sit tedium. Et forte officium petis, quod aut locatũ iam est, aut si uacet, plurimos habet competitores, quorũ tu studio nisi par fueris, quando tandẽ spes est, multis unum præferri? Tum nõnunq; in piratas incidit hæc nauis. CAS. Quos in piratas dic oro? Nam ut uideo omni a parte nauigatio est uita aulica. MIS. Quid aliud enim? nisi tu quicquam inuenisti magis huic simile. CAS. Nihil esse credo. MIS. Proinde multos habeant insidiatores multos etiam aperte inimicos, necesse est, qui multa possident. Vnde si contigerit ei, apud quem seruis, bellum esse, ac in hostes tu incideris, & illi captum abducant, tum quis redimit? CAS. Quis enim alius, quã cuius id causa passus sim? MIS. At nemo minus Caste. Nam tuum ibi

patrimonium diffluit. Ac ipſe te ut liberes opus eſt. Quod ſi inmitiorem nactus ſis piratã, carcerem uincula, torturas tibi propono. Nonnunq̃ etiã mortem. CAS. Duram ualde cõditionem narras. MIS. Quaſi aliquid mite ferat aula. Vides igitur aliquot ſæpe milia, ob duorꝝ homuncionũ leuiuſculã contentionẽ, ex ambitione ſumptam forte, mutua ſe cæde conficere? CAS. Video. MIS. Quid principum familiaritatem ſuſpicis igitur? CAS. Quia in animũ non reuocaui iſta. MIS. At nunc ſapies. CAS. Tuo beneficio. MIS. Quãobrem fortunatum te, qui alieno periculo caues, me infœlicem, qui ſic pereo. CAS. Ni fallor, bona principũ pars ea facit, quæ de ſyracuſano illo reſpõdit Diogenes. Nam interrogatus, quomodo amicis uteretur Dionyſius, ut uaſculis inquit, dum plena euacuat, & abijcit uacua. MIS. Sic eſt. Et iam prope arbitror, ut bene uacuũ me eijciat ille, quandoq̃dem longius eſſe mihi a limine, q̃ ſolebã, uideor. Ac niſi me omnia fallunt, iam dudũ illam exuo gratiam, qui diu ſeruiui, & quod pœnitendum maxime eſt, optimam uitæ partem, & ætatis florem in aula perdidi, inter ſycophantas ac aſſentatores, inter faſtum ac ſuperbiam aulicorũ congerronũ. Inter magnificos Satrapas, regios canes, inter homines Caſte, quorum ne in cœna quidem laudandus ſit aliquis. Inter gloriosos milites. Inter illos Caſte equites, qui ſunt ipſi magis plerunq̃ beſtiæ, q̃ hæ quas equitãt, atq̃ adeo inter centhauros, inani ſpe, ſine fructu, duris ſemper

modis fatigatus ac delassatus, dum uirebant genua, dum omnia erant integra. Qui si hodie abijciar, ac aliquis roget, quonã paulo in aula cõsenuerim, quid aliud respondero, quam quod ille apud Senecam, iniurias patiendo, & gratias sæpe agendo? CAS. Vicem tuam doleo Misaule, quanq̃ desperandũ non puto, & forte tempus est, ut lœtius aliquid eueniat. MIS. In illius hoc Castegenibus situm est. Qui quomodo aliquid daturus credetur, exhausto iam & inutili, qui omnia falso promisit iuueni & ualido? CAS. Spes est hæc lubrica quantũ sapio. MIS. Te monitũ igitur uelim ne tam periculosę nauigationi te cõmittas. Quid enim diuitias sperat aliquis, inter tot egentes competitores? aut potentiã quid ambit, quã sine inuidia habere non potest? aut quã si habeat, cum periculo habeat? Cũ de oĩbus illi secũ potẽtibus male suspicent̃, Porro quis nisi ualde stultus, si hoc modo sit monitus, in hac experiri naue sustinuerit, cuius p̃ter alia tam spurca est, tam fœda ac tetra sentina? CA. Etiã sentina ibi molesta est? MIS. Etiã neq̃d ulli nautæ patiant̃, qđ non cõmune illis sit cũ aulica familia. Igitur immũdissimę sunt in aula sordes mira obscœnitas. Primũ cibus ut multis, ita negligẽter apparat⁹ marcescẽtibus sępe ac rancidis carnibus, in uas nihil purius cõiectis, q̃bus cũ grylli se, muscæ, ac aranei, & id genus aĩalia miscuerunt. Aut q̃ uermes iam pepererant. Atq̃ hæ quales quales sunt semicoctę tibi nõnũq̃ apponũt. Iuxta ĩsipidũ olus, aut legumĩa utcũq̃

cõmixta, aut pisces iamdiu ante mortui, aut aliquid his multo spurcum magis. Vinum aut acidum, aut quod ab alia sumptũ mensa est, de quo biberat forte barbatus aliquis, barbam profuso nuper iure infectã habens. Qui adsident, hesternam crapulam olent & eructant, per omnia foetidi. Quorum aliquis percacatis sedet foemoralibus uini impetu emollita aluo, aut apud ipsam mensam uomit. Nam ita frequẽter hæc fiunt in aula, ut quocunq; tempore abs te aliquis percontetur, quid agatur in aula, recte illi respõdeas, bibitur, uomitur effunditur. Huc adde, q̃ nõ hominũ tantum, sed bestiarum etiam ferendus est foetor, canũ excrementis tota referta aula, aduersus quæ obthurasse nares, adeo est inurbanũ ac inelegans, ut in fabulam quoq; uenire soleat. Atq; his te ut feras assuefieri oportet, tum alibi, tum uero in ipso etiam triclinio sumentem iam cibum. Quanq; præter ista nihil ibi lautum, nihil est mundũ, crassum ac multo semper iure impiguatũ mantile, ut digitis hęrens quoquo trahas sequatur. Calices situ oppleti ac feculenti, mirum in modũ conspurcatæ patinæ, iuxta inquinata omnia ac obscoena, & odore ut plurimũ teterrimo. Noctu autem quæ cõmoditas quiescendi, inter obstreperos potores? Quorũ ille ἀμουσότατορ aliquid, nocte iam concubia, quod omniũ asinorum ruditum superet, occinit. Alius uino disertus, aliquot sæpe horas sermocinatur, inconditis tibi fabulis somnum interturbans, forsitan & eundem tecum sortitur lectum, aut

ex ebrijs illis unus, aut qui ex morbo puteat, ac ſcabie infectus ſit, aut cui ſpurce oleat anima, uel q alijs tibi modis ſit moleſtus. Adde lectos, non impuros tantũ, ſed & peſtilentes ſępe, ubi ille dormierat paucis ante diebus morbo gallico adeſus ubi leproſus aliquis deſudauerat. Lodices ſextum ante mẽſem loti, in quibus ſe uolutarũt morboſi illi, qui multã, ſi inſpicias, ſaniem, multum pus exceperũt. Atq̃ hęc omnia tunc magis obijciũtur, quãdo uaga eſt aula, ut in alijs ac alijs diuerſorijs pernoctandũ ſit, humi nonnunq̃, uix raris ſubſtratis tibi ſtipulis, aut pediculoſa aliqua culcitra inter cimices ac pulicũ examina. CA. Capio, & uidere memini ebrios illos modis omnibus immũdos. MIS. Tunc cum in ſuis illis uerſarentur delitijs? CAS. Cum eodem in triclinio alij biberent, alij uomerent, nõ nulli inuicem ſibi oppederẽt. MIS. Tunc cum ille iaceret iam uictus potor, ac inter dormiendũ uomeret, inter uomẽdum dormiret, excubantibus iuxta canibus, qui omes medio tenus palato ſordes elamberent. CAS. Cum alij ſcorta, alij taxillos poſcerent. MIS. Non iam ignoras igitur, cuiuſmodi tibi, ſi huc cõcedas, exhaurienda ſentina ſit. Quod ſi cum ipſo nõnunq̃ principe ſeorſum cœnes, ut laute omnia parata, eleganter apponentur, nõ audes per uerecundiam appoſita ſumere, ac Tantali more in copia eges. Tum te interficiunt, aut morbis omnibus obnoxiũ reddunt, uaria ciborum genera,

quibus appositis, continere te facile non potes, quin nimis edas. Et longo interuallo missus importantur. Ac ea plurimũ hora cibus sumitur, quæ tibi minime conuenit. Neq; enim in aula tunc editur, quando homines esuriunt aut tunc bibit̃, quando sitiunt, aut suo tempore quiescitur. Omnia cõfusa sunt, om̃ia intempestiua. Et forte expectandus est ille, qui aut in uenationem abfuit, aut ius dixit, ac leges dedit. Quæ omnia eo tendunt, ut ualetudinem negligas, ac corrumpas, ut febres, ut podagras, ut ulcera ac pestes contrahas. Sed iam credo satisfeci, & tuę Caste petitioni, & meo in te studio, quo magis ad seruitutem remittas iam me, atq; audin sonare æs illud, quod me dixi ad officium uocaturum? CAS, Audio, sed breuiter adde aliquid si restat, Epilogi in modum. MIS. Quid uis addam, nisi ut te moneã, quo mare illud tot modis suspectum fugias ac uites. Ne unq; nauigationi te committas, tam periculosæ, tam exitiosæ, ne in rebus adeo dubijs, adeo incertis spem ponas, ne tibi pedicas induas, ac spontaneam ultro seruitutem accersas in qua postea miser cum sis, non identidẽ sis miserabilis, cum talis esse uolueris, & ex miseria uoluptatem tibi petendam duxeris. Ne te ex cõmodiore uita, in has tempestates, has procellas, unde emergere difficillimũ sit, abijcias. Ne ab animo exules. Et in his afflictionibus immunitatẽ ne quæras, ut memineris libertati renunciatũ, ut primũ in aulam te man

cipatieris, nisi seruus nō est, aut captiuus non est, qui unam domum egredi citra præscriptum non audet. Omnino, ut longum ualere dicas, aulæ, in qua corrupta sunt omnia, οὐδὲν ὑγιές, ubi difficultates miræ obijciuntur, archana reticere, ocium recte disponere, iniurias tolerare, ubi alijs opera impenditur, sibi malum accersit, ubi optimū quod habemus frustra tempus cōterimus. Tandem uide sis huic inuenustæ uenustati, ne te capiendū præbeas. quo ne foris iucundissime demulctus, intus acerbissime tracteris, deniq; misere subuertaris. Nam qd refert, aureis te cathenis uinctum quis, an ferreis detineat? aut aliquid refert, a quo metallo piscis trahatur? In summa, ut mare esse memineris aulā. De me, ut ab isto naufragio enatem, uidero. CAS. Dabo equidem operam, ac tibi multa libēter debeo, qui me in tempore monueris. MIS. Tibi ego gratiā uicissim habeo, q; me nō oscitanter audiueris. Sed iam eundū est, tu uale, ac in longum uale, & extra aulam uale. CAS. Et tu uale, ac liber esto. MIS. Quod dijs uideatur Caste. Sed ecce Velinum uideo, reuerti a principe, quem de salario persoluēdo moniturus, hodie accessit. Interrogabo, quod responsum tulerit. Heus tu Veline. Audin Veline? τίσοι ἄπολλων κεκιθάρισεν?

F I N I S.

Synceriter, citra pompam. Quod bene uertat.

VLRICHI DE HVTTEN EQ. Germani in Prognosticon ad annum. M.D.XVI. ad Leonem. X. Ponti. Max. Carmen Heroicum.

Que se horrẽda mouẽt superi: quæ dira redundãt
In genus humanum: flagrat proh Iupiter omnis
In clades Europa suas. Respublica Christi
Heu nimium secura sui, ruit in sua præceps
Viscera, crudeleisq; ciet miseranda tumultus.
Omnis in Italiam tendit furor, ipse minatur
Horrificam latio stragem Saturnus, & atro
Increpuit Martem intuitu, Mars arma, necesq;,
Sanguineum molitur opus, sæua omnia regnant.
Concessit de iure suo, graditurq; retrorsum
Iupiter, & totum dat acerbis cladibus annum.
Idq; adeo metuens, & non ignara futuri
Bis petit obscurum, & condit se luna tenebris.
Ipse quoq; obducta squallet ferrugine frater.
Tot signis monuere dei, præsensimus omnes,
Cauit nemo malum, sed nec potuisse putandũ est.
Autores Dij cladis, & accusabile fatum.
Ecce ergo aerias ruit hac a parte per Alpeis,
Effusura omneis iterum Germania uires.
Substitit iratus Veronæ ad mœnia Cæsar

In latias speculatus opes, traxitq; feroces
Rhœtorum populos, & amanteis bella Sueuos.
Francorumq; equitum nunq; exuperabile robur.
Vindelicasq; manus, & abactum montibus illis
Heluetium peditem, tum quicquid Rhenus & Ister,
Quas uires celer Albis habet, peregrinaq; regum
Auxilia, Scythicos metuendo Pannonas arcu.
Et te Beme armis inuictum, equitemq; Polonum,
Hispanamq; aciem, quo non delectior ullus
Expugnare urbeis populus. Neq; segnius audet
Parte alia Gallorum acies, iamq; optimus annis
Confertum rex agmen agit, raptumq; tuetur,
Insubriæ fines, & agri ditissima regna
Cœnomanos, Ligurumq; urbes, Alpeisq; subactas.
Dant animos iuueni patriæ prædiuitis aurum,
Successusq; sui, uolucres in bella sequuntur
Allobrogum turmæ, pugnantesq; eminus arcu
Atrebates, tum qui longæuę ab origine gentis
Se numerat Biturix, suetusq; ad prælia Vascon
Vtilior pugnare pedes, Rhodanumq; bibentes
Quiq; colunt Ligerim, tum quod te Sequana ripa
Vulgus utraq; uidet, quiq; impete Celticus acri
Fertur eques, quos dehinc iuuat auxiliaribus armis
Vrbs Venetum, fatisq; suis obnoxia, fertur
In commune nefas. cincta est feralibus armis
Italia, & possessa malis, nec iam ipsa salutem
Vltra aliquam potis est sperare, peritq; uidendo.


Posce Deos ueniam supplex Leo,& omnibus aris
Innocuas protende manus,sacrisq; litatis
Iratos placa superos,pax incubet orbi,
Et toties sperata tuis,& debita uotis.
Iamsatis hoc luimus,superet de sanguine nostro,
Quod melius liceat rabidis offundere Turcis,
Hostiliq; Asiæ,Solymum quo uindice templum
Infestis auferre Syris,diumq; sepulchrum,
Quod bene uertat.

τέλος.

AD LECTOREM, LIBRARII.

¶ Expectare te iubemus lector, ab eodem Hutteno elucubratum τῆς μέθης ἐγκώμιον, id est Ebrietatis laudem,opusculum modis omnibus facetum atq; elegans, quod propediem his eisdem typis excusum in lucem dabimus. Vale.

¶ Denuo impressa in officina Sigismundi Grim̃ medici atq; Marci Vuyrsung Augustæ Vindelicorum . Anno Salutis.
M.D.XIX.septimo cal.Apriles.



i tophet. Hiero. Tophet hebraice: latitudo latine:
st ĩ valle filioꝝ ennon. Et hebraice dicit̃ geennon.
vallem: ennon homĩs nomen: vel gratiaꝫ sonat. Et
hrei ex hoc loco dictã gehennã: eo ꝙ omĩs populus
bi offendens dñm perijt. In quo loco etiã filios su/
e idolis consecrauerunt.
est in valle. Locuꝫ qui syloe
rigat̃ significat amenꝰ atqꝫ
us: ⁊ vsqꝫ hodie hortoꝝ p̃bet
Hic aũt gentilitat̃ error om/
cias occupauit: vt ad capita
cosqꝫ amenissimos victimas
t. c ¶ Et fi. Si iepte obtulit
inẽ nõ sacrificiũ deo: sed ani
uit offerẽtis. Neqꝫ enĩ si ca/
sinꝰ aut immũdũ q̃dlibꝫ ani
occurrisset dño offerre debu
¶ Ecce di. ve. ⁊c̃. Qñ recessit
te dñi sui tũc incepit. Sed cũ
ti veniret vt liberaret hieru/
buchodonosor illũ fugauit.
nabuçardan obsedit eã: et ce
it sedechiã in antiochiã ⁊ ibi
t. e ¶ Et quiesce. Cũ locus
ꝟsus fuerit in sepulchra: vt
ffenderãt: ibi cadauera eoꝝ
a iacerẽt. ¶ In tpe

Nico. de lyra

ẽter ponit̃ duplex causa hu/
tionis. Prima cũ dicitur:
uerũt offendicula sua. i. ido/
In domo in qua ⁊c̃. s. in tem
o cultui deputato: vt habet̃
. xxj. ⁊ hoc fuit valde detestã
t cũ mulier introducit adul/
odẽ lecto cũ marito suo. scðã
: c ¶ Et edificauerũt excel/
ria alta: qr locꝰ ille erat in val
et ex littera sequẽti. d ¶ To
olo moloch: ⁊ ꝟm hoc dic̃ h
sonat tympanũ seu tympani/
eo ꝙ in ritu illiꝰ idoli fiebat
çatio. Erat enĩ illud idolum
interiꝰ concauum: ⁊ intra cõ/
n illã fiebat ignis fort̃: ⁊ qñ
rat ignitum: ponebatur pu/
ferebatur in manibus eius: ⁊
rdotes ꝑcutiebant fortit̃ tym
parentes pueri audirent cla/
ueri ⁊ cõpaterentur: ⁊ vt cre/
ne dolore corporis animam
⁊ istud erat valde horribile.
entem ad veneratiõem idoli
icere. e ¶ Filij ennon. nomen erat propriuꝫ homi/
s filius erat dominus loci illius. f ¶ Ut incende/
s suos ⁊c̃. modo predicto. g ¶ Que nõ precepi ⁊c̃.
ur: quia sacerdotes illius idoli afferebant talem ob/
esse deo valde acceptam: eo ꝙ dominꝰ dixit abrae:
ium tuum vnigenitum quem diligis isaac: ⁊ offer il/
olocaustum ⁊c̃. Geñ. xxij. quod est falsum: quia illud
ictum abrae vt isaac moreretur: sed vt abrae obedi/
baretur. ꝓpter quod ibidem subditur: Ne extẽdas
tuam super puerum: neqꝫ facias illi quicq̃: nunc co/
timeas dominũ ⁊c̃. h ¶ Et non dicetur amplius
vallis filij ennon. licet enim ennon sit nomen propri

a ſ populũ iudeoꝝ: et hoc ꝓprie ad xp̃i tempꝰ re/
ferendũ quãdo perijt fides: et ablata est de ore po
puli dominum blasphemantis.
minus et reliquit generationem
furoris sui. Quia fecerunt filij iu
a ſ quem nihil latet: vel in templo meo.
da maluꝫ in oculis meis dicit do
ſ idola baal.
minꝰ. Posuerũt offendicula sua a
in domo in qua ĩuocatũ ẽ nomẽ b
meũ vt polluerent eam: ⁊ ędifica c
ſ que hebraice ramath.
siue aram tophet alia littera.
a b uerũt excelsa tophet q̃ ẽ in valle d
filij ennon: vt incẽderẽt filios su/ e f
c os ⁊ filias suas igni: quę nõ prę/ g
cepi nec cogitaui ĩ corde meo. Idõ
a ſ obsidionis scꝫ quã a nono anno sedechie regis
vsqꝫ ad vndecimum perpessi sunt.
d ecce dies venient dicit dominꝰ:
⁊ non dicetur amplius tophet: ⁊ h
a ſ ob interfectionem plurimoꝝ.
vallis filij ennon: sed vallis inter
a ſ tanta erit cedes. b ſ in loco sue religionis.
fectionis: ⁊ sepelient̃ ĩ tophet: eo i
a ſ qui sepeliri nõ poterant.
ꝙ nõ sit locus. Et erit morticinũ
ppl̃i huiꝰ ĩ cibos volucribꝰ cęli et
a ſ qr q̃sqꝫ sibi timebit: vel vict' humãdi officio.
bestijs terrę: ⁊ nõ erit qui abigat.
a ſ Hierony. manifesta transcurrimus vt in oc/
cultis immoremur.
b ſ que hierusalem subiacebant.
e † Et quiescere faciam de vrbibus
iuda: ⁊ de plateis hierusaleꝫ: vo/
cem gaudij ⁊ vocẽ lęticię: vocem
a ſ vt merore ⁊ gemitu omnia cõpleantur.
spõsi ⁊ vocẽ spõsę. In desolatiõe
enĩ erit terra.

falsum. ¶ Moraliter aut ꝑ hoc signantur christiani qui capel
las edificant de rapinis vel ministris ecclesie elemosynas dãt:
ꝑ hoc credẽtes saluari sine emendatiõe peccati. ideo talibꝰ dr:
h † ¶ Nolite cõfidere in verbis mendacij dicẽtes: Templũ dñi
⁊c̃. id est peccata vestra nõ expient̃ ꝑ predicta absqꝫ debita pe
nitentia: ⁊ dicit̃ ter templũ dñi ꝓpter
tres radices peccatoꝝ. scꝫ ꝯcupiscen/
tiã carnis. cõcupiscentiã oculoꝝ: ⁊ su/
perbiã vite. peccata nanqꝫ ex eis ꝓce
dentia nõ expiant̃ ꝑ modũ predictuꝫ.
Et quoniaꝫ edificia dicto modo facta
cito cadere solent. ideo sequit̃ postea:
m † ¶ Ite ad locũ meũ in sylo. vbi fuit
arca dñi: ⁊ tñ fuit destructꝰ ꝓpter ma
liciã populi: ⁊ sic temporibus moder/
a nis destructa sunt loca sancta iudee ꝓ
b pter peccata gentis christiane. ꝓpter
c qð sequit̃: e † ¶ Nõne vides q̃d isti fa
ciunt in ciuitatibꝰ iuda ⁊c̃. dicit̃ enim
ꝙ ante destructionẽ multa peccata et
enormia fiebant in terra illa. Et q̃niã
d hoc debet esse causa doloris oĩbus bo
e nis. ideo dicit̃ post: g † ¶ Tonde ca/
f pillũ tuũ ⁊c̃. modus enĩ antiquoꝝ fu/
g it tondere capillos in signũ doloris ⁊
humiliatiõis: sicut dr de sancto Iob:
Scidit vestimenta sua: ⁊ tonso capite
corruit in terram.
¶ In ca. vij. vbi dicit̃ in postil. Et re/
plicatur ter.

h **Additio. j.** Scðm translati
onẽ chaldaicaꝫ
replicat̃ hic ter templũ dñi: eo ꝙ ter ĩ
anno debebãt apparere in templo co/
i rã dño: vt ptꝫ Deut̃. xvj. ꝑ quã trinaꝫ
apparitionẽ credebant expiari a suis
delictis. qð tñ erat falsum: nisi corrige
rent vias suas vt cõiter dicit̃.
¶ In eo. ca. vbi dr in postil̃. Regina
celi. i. lune.

Additio. ij. Ubi nos habe
mꝰ: Regine ce
li: in hebreo habet̃ q̃dã dictio q̃ vno
modo significat reginaꝫ: ⁊ alio modo
significat opus: ⁊ sic nõ designat vnũ
certũ planetã: sed totum opus celeste
qð obseruat̃ ab astronomia ꝟm certal
ꝯstellatiões: ⁊ quõcũqꝫ sit irrationa/
le videt̃ dici ꝙ luna sit regina celi: cũ
sol sit maioris efficacie lumĩs ⁊ ꝟtut̃.
¶ In eo, ca. vbi dr in postil. Quia nõ
sum locutꝰ de ipsis mihi offerẽdis.

Additio. iij. Licet in p̃ce/
ptis decalo/
gi nõ fiat mẽtio de holocaust̃: nec de sacrificijs: tñ antea ⁊ spe
cialit̃ qñ deꝰ eduxit ꝑpl'm de egypto p̃cepit eis de agno pasca/
li ĩmolãdo: qð fuit celebratũ in die ꝓpria seu tpe eductiõis de
egypto: vt hr Exo. xij. qð q̃dẽ sacrificiũ vt habet̃ ibidẽ: vocat̃
victima: ⁊ hoc fuit primũ preceptũ ⁊ de p̃ncipalibꝰ datis filijs
israel a deo ꝑ moysen. Un̄ ratio postillatoris q̃ dicit ꝙ in hoc
qð dr hic: Nõ precepi eis in die qua eduxi ⁊c̃. nõ excludit̃ p̃ce
ptũ postea datũ. s. de sacrificijs: sed p̃ceptũ antea ñ videt̃ suffi
cere: vt ptꝫ: ⁊ ideo aliter videt̃ hic dicendũ. Pro q̃ sciendũ est
ꝙ in p̃cedenti ca. iã dixerat ꝓpheta ꝙ holocaustomata ⁊ victi
me nõ placebãt deo: eo ꝙ legẽ nõ seruabãt: nũc aũt arguit eos
ex hoc ꝙ ĩmolatiões suas seu sacrificia nõ ꝓ cultu dei: sed ma